



C. IVLIVS CAESAR. Hispaniae Questor, sue  
 pertesus ignauiae in urbem reuersus. Pontificatum maxi-  
 mum adeptus. Praetor & Consul creatus, Gallias intra  
 decennium debellauit, Germanos non sine calamitate suo-  
 rum in syluas compulit. Britannos primus tenuit.  
 Quattuor duxit triumphos. Pompeium Pharsalico fudit  
 praelio. Clementiae insignis, qua usque ad poenitentiam o-  
 mnes superauit. Sed habuit hic animus tam bellicosus qui  
 bis argui, at uix carere potuit. Obætorum prodigeq;  
 iuuentutis subsidium fuit unicum, pronus ac sumptuosus  
 in libidines, Rapinis & sacrilegijs obnoxius. Eloquentia  
 uero tanta, ut Cicero dubitaret cui Caesar deberet cedere.  
 Dictaturam inuasit perpetuam, cuius dominatione abusus  
 tribus & uiginti plagis confossus ab amicissimis periit.  
 LVI. ætatis anno.